

NvK predigt. Thema: Querite primum regnum dei et iusticiam eius, et hec omnia adiciuntur vobis.¹⁾

Zur Überlieferung s. Koch, Untersuchungen 105 Nr. 99; künftig b XVII Sermo CV.

Erw.: Koch, Umwelt 134.

Über dem Text: In die sancti Francisci in Aquisgrani; Rosinus (s.o. Nr. 1344) f. 74^v ebenso.

¹⁾ *Die Ausführungen bei Vansteenberghe III erwecken den Anschein, die Predigt prangere das Konkubinat an. Indem er die "chanoines de Saint-Servais et de Sainte-Marie d'Aix-la-Chapelle" zu Adressaten des NvK macht, wird indessen offenkundig, daß er Nr. 1844 mit der in Nr. 1850 angeführten Maastrichter Predigt wechselt hat. Vgl. auch Meuthen, Nikolaus von Kues in Aachen 11.*

NvK. Allgemeine Kundgabe. Er befiehlt allen konkubinarisch lebenden Priestern und Klerikern in der Stadt Aachen, ihre Konkubinen unverzüglich wegzuschicken, widrigenfalls diesen Priestern und Klerikern nach drei Tagen von ihren Kapiteln das Betreten der Kirche zu verbieten und der Genuß ihrer Pfründeinkünfte zu sperren ist. Wenn die Kapitel sich nicht daran halten, verfallen ihre Kirchen und die ganze Stadt dem Interdikt. Er fordert alle Kleriker der Stadt Aachen auf, Zuwiderhandelnde ihren Kapiteln oder jeweiligen Vorgesetzten anzuzeigen. Über ungehorsame Konkubinen verhängt er die Exkommunikation. Zum Exekutor ernennt er den Dekan von St. Marien in Aachen oder in dessen Abwesenheit den senior canonicus ebendort, die ihm binnen acht Tagen den Vollzug der Anordnung zu melden und diese dem Aachener Klerus jährlich zu verkünden haben. Er behält sich selbst bzw. höherer Stelle die Absolution derjenigen vor, die in die genannten Strafen verfallen sind (Reformdekret Nr. 6b).

Kop. (15. Jb.): AACHEN, Domarchiv, unsigniertes Kopiar f. 47^{rv}.

Druck: Meuthen, Nachträge 446f.

Erw.: Meuthen, Neue Schlaglichter 42; Meuthen, Deutsche Legationsreise 469.

Nr. 1845 faßt die beiden verschärfenden Konkubinariermandate Nr. 1567 und 1584 für Minden jetzt in einem Text zusammen. Die beiden Mindener Urkunden werden dabei, wie die zahlreichen Textübereinstimmungen zeigen, offenbar als Vorlage für die Gestaltung eines insgesamt gleichwohl neuen Textes benutzt.

Postquam ad hoc opidum Aquense Leodiensis dyocesis accessimus, nonnullos ex clero et ecclesiasticis personis opidi eiusdem detestabili concubinatus vicio respesos esse percepimus. Nos igitur, qui ad animarum salutem, morum reformationem et extirpacionem viciorum, licet immeriti, apostolica legacione fungimur, ex debito
5 iniuncti nobis officii hec surda aure nullatenus possumus pertransire.

Idcirco autoritate legacionis nostre, qua fungimur in hac parte, omnes et singulos presbiteros et clericos publicos concubinarios seculares vel regulares, eciam exemptos, infra dictum opidum constitutos tenore presencium peremptorie requirimus et mone-
10 mus eis que districte precipiendo mandamus, quatenus mox et incontinenti post publicationem presencium ipsis factam concubinas suas sive mulieres de incontinentia sus-
spectas, quas secum vel alias tenent, animo illas vel eciam alias nunquam reassumendi a domibus suis et a se expellant ac effectualiter dimittant sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie et percepcione fructuum beneficiorum suorum, que obtinent, late sentencie, quam in hiis scriptis ferimus, volentes et dicta autoritate decernentes, quod
15 omnis, qui ex concubinariis huiusmodi post triduum, postquam presens nostrum man-

datum ipsis publicatum fuerit, in premissis inobediens extiterit, dictam penam debeat incurrisse eo ipso ac pro tali haberi. Et si quis ex concubinariis huiusmodi ad tam fe-
dissimum concubinatus vicium redierit aut id inceperit, illum talem etiam absque ul-
teriori declaracione ab ingressu ecclesie et etiam 'percepcone fructuum beneficiorum
suorum', que habuerit, 'suspensum esse' volumus atque etiam declaramus¹⁾, mandan- 20
tes insuper capitulis ecclesiarum dicti opidi sub interdicti late sentencie pena, ne a
tempore sciencie illis, qui huiusmodi nostris mandatis non obedierint, de fructibus
beneficiorum suorum et cotidianis distributionibus, quantum in eis fuerit, faciant aut
permittant responderi et divinis interesse. Quod si contrarium fecerint, ex tunc eorum
ecclesias ac totum opidum Aquense predictum in notoriis iuris et facti eo ipso eccle- 25
siastico supposita esse volumus atque supponimus strictissimo interdicto. Et ne decep-
cio in hiis locum sibi vendicet, sub pari suspensionis pena precipimus omnibus et sin-
gulis dictarum ecclesiarum canonicis beneficiatisque et clericis opidi Aquensis secu-
laribus et regularibus, quatenus omnes et singulos, qui huiusmodi nostris mandatis
iuxta ipsorum tenorem non obedierint infra triduum a tempore sciencie, capitulo ec- 30
clesie, ubi talis concubinaris beneficiatus fuerit, aut alias superiori eius, si in collegia-
tis ecclesiis beneficiatus non fuerit, fideliter denunciare teneantur.

Ut etiam huiusmodi concubinariorum concubine a tanto malo cicius retrahantur,
omnes talium concubinariorum concubinas similiter moneri et requiri volumus mone- 35
musque et requirimus per presentes, ut mox post noticiam huiusmodi nostri mandati a
suo concubinario recedant. Quod si infra triduum non fecerint, ex tunc illas in vita
absque etiam alia declaracione pro excommunicatis quo ad hominum communionem
haberi atque in morte ecclesiastica sepultura carere debere decernimus.

Volumus demum et dicta autoritate decernimus, quod huiusmodi nostri mandati
executor sit dilectus nobis in Christo decanus ecclesie beate Marie virginis dicti opidi 40
Aquensis et in eius absentia senior canonicus ibidem, quibus etiam sub dicta pena
suspensionis a divinis districte iniungimus, ut ipsi hoc nostrum mandatum mox omni-
bus canonicis, presbiteris et clericis secularibus et regularibus, etiam exemptis, infra
dictum opidum constitutis intiment atque publicent nosque etiam de hoc et, qualiter
huiusmodi nostro mandato paritum fuerit, infra octo dierum spacium a data presen- 45
cium computando, ubicunque constituemur, certificare ac deinceps annis singulis
mandatum ipsum presbiteris et clericis prefatis publicare et ad execucionem penarum
in hoc presenti mandato contentarum procedere teneantur.

Absolucionem vero omnium et singulorum, qui prefatam nostram sentenciam in-
currerint, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. Datum *msw.* 50

¹⁾ *Textanlehnung an das Basler Konkubinardekret von 1435 I 22; COD 486 Z. 13f.*

1451 Oktober 5, Aachen.

Nr. 1846

NvK an den Lütticher Kanoniker Arnoldus de Witte.¹⁾ Er beauftragt ihn mit der Prüfung und eventuellen Bestätigung mehrerer Vergünstigungen, die B. Johann von Lüttich und die zuständigen Pfarrherren der Priorin und dem Konvent vom Orden der Regularkanoniker des heiligen Augustinus im Hause Sinte-Luciëndal vor Sint-Truiden über ihr Klosterleben, die Visita-

¹⁾ *Vizedekan; de Theux de Montjardin, Chapitre II 20 of.; Abert-Deeters, Repertorium Germanicum VI 37 Nr. 344.*